



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

XXX. Ad avaros, & divites.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

EXHORTATIUNCULA XXX.

Ad Avaros, & Divites.

I.

BOne! Cur ita inquietus? Cur ita anxius?
Nunquid pacem amisit? Et id quomodo?
nonne quia divitias, & mundi bona Deo præ-
posuit, & marsupium plus propriâ salute æsti-
mavit? Justè proin Gregorius Magnus: Rarum
valde est, ut, qui aurum possidet, requiem
inveniat. Per diem millenæ cor exigitant curæ;
per noctem undique terrent insidiæ. Interim ô
quanta pax! Quanta tranquillitas in domibus
pauperum!

Instructio meritoria.

Bona verba, amicabile alloquium tribuamus
egenis, & miseris, si qui hodie rogaverint sti-
pem. Et ut pauperes à domibus nostris coram
Deo omne malum avertant, eis quid certi per
septimanam statuamus in eleemosynam congru-
am. Eleemosynis redimuntur peccata, & seve-
ra placatur Dei justitia. Væ enim divitibus!

II.

ODilekte! Grandis tentatio, velle fieri divi-
tem! Procul à pecunia! Hæc enim animæ
ruina. Pecuniam non minus conscientiam,
quam manum, quam tractatur, inquinat, &
commaculat. Qui pecuniam amat, venalem
habet animam. Pro quo? O dedecus! Pro lu-
to; pro sordibus terræ. Ah! Quis nonjam mi-
sereatur IESU? Quis non indignetur diviti?

Kk 7

In-

Instructio meritoria.

Gratissimus vitæ, Passioni, & Morti Christi
JEsu Redemptoris (h̄is nos emerat in cœlum)
& in compensationem tanti amoris triginta qua-
tuor Pater , & Ave oremus cum doloroso
hymno ex Dominica Passionis: *Pange lingua
Gloriosi prælia certaminis &c.* O divites! Vita,
sanguis, vulnera JEsu clamant ad vos ! H̄is the-
saurizate ! Et avaritiæ parcite !

III.

Filli ! Ad quid Christiani vocamur, si opera si
doctrinam non facimus Christi? JEsus pro-
pter nos facta est egenus: JEsus præcepit: *Omnis
ex vobis, qui non renuntiat omnibus, quæ possi-
det, non potest meus esse discipulus.* O infelici-
tas, si cupimus divitias ! Pereant hæ nobis, ne
illis pereamus nos ! Nudus pendet de Cruce
mundi Redemptor ! Pependit satis ! Redima-
mus generosa renuntiatione, & contemptu bo-
norum hujus sæculi. Nemo ditior paupere
Christo.

Instructio meritoria.

Pro nomine Christiani agamus gratias SSS.
Trinitati, & 12. actus abnegationis quoad cupi-
ditatem multa, & nova, ac superflua habendi
offeramus cum Psalmo: *Conserua me Domine,
quoniam speravi in te: dixi Domino: Deus me-
us es tu : Quoniam bonorum meorum non egos.*
Tam deest Avaro, quod habet, quam quod
non habet. **Cape tibi hoc!** Et illud retine bo-
num,

num, in quo sunt omnia bona! Posside, strin-
ge, amplectere Deum!

EXHORTATIUNCULA XXXI.

Ad Invidos, & improbè zelosos.

I.

Virorum dilectissime! Quisquis es, qui saluti,
& sorti invides alienæ, parcito vitæ! Si
enim, ubi invidia, ibi mors: profectò non po-
tes simul invidere, & vivere. Invidus sese suô
inficit venenô, & enecat. O ergo Basilisco si-
millimum!

Instructio meritoria.

Oculus ubi simplex, & humilis, totum
corpus lucidum erit. Claudamus oculos ad alio-
rum acta, & facta! Si bona sunt, commende-
mus, & approbemus, si mala, in nobis ipsis
emendemus, & timeamus! Et ut Christiani
& proximi nostri omnes de virtute in virtutem
currant, imploremus duodecim sanctos Apo-
stolos, charitate in proximum præcipuos, &
cum 24. Pater ac Ave quoque hymnum: *Exul-
tet cœlum Landibus &c.* oremus. Sunt missi
à Deo. In quem finem? Ut corda excitent fi-
delium.

II.

ODilekte! Cautè! Cautè vivere oportet in
hoc delicato sæculo: non tutus locus à
turpi invidiæ vitio. Invidia nascitur in aulis, nu-
tritur in religionibus, moritur in Xenodochiis,
adeoque difficile est, invenire etiam paucos, li-
vore